

146. *St. chrysocephalus*, nigro fuscoque nebulosus; abdomine argenteo-sericante; capite femorumque annulo ochraceis.

*Long.* 6 lin.

*Habitu* partiumque forma et proportionem omnino *St. pubescentis* (n. 144.); semper autem ab eo differt.

*Caput* ochraceum, subflavo-sericans, punctis 2 frontalibus oculisque nigris, mandibulis apice nigris; antennis fuscis, articulis 4 primis ochraceis; (punctis maioribus et linea media nitida, quae sunt *St. pubescenti*, nullis).

*Thorax* opaco-niger, obsoleto rufo-punctatus, linea abbreviata longitudinali nitida ad basin.

*Coleoptra, abdomen, pectus et scutellum* ut in *St. pubescente*.

*Pedes* nitidi, nigri; annulo femorum ochraceo.

*Habitat* in Gallia.

*St. chrysocephalus* Fourcr. Ent. Par. St. n. 8.

*St. pubescens* Payk. Mon. St. n. 9.

— — Payk. Fn. Suec. St. n. 13.

— — Olivier Ent. St. n. 15. t. II. f. 15.

*Geoffr.* Hist. St. n. 8.

147. *St. Chrysis* capite, thorace, scutello et elytris holofericeis; aureo-cupreus; capite flavo; thorace anterieus, scutello, segmentorumque basi nigris.

*Long.*